



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XVII. Der Rath zu Spandow erklärt mit Zeugniß sämmtlicher Rathsherren und Bürger der Stadt Teltow, daß der Pfarrer an der heil. Geist-Kirche zu Spandow dieser eine jährliche Getreidepacht überlassen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XVII. Der Rath zu Spandow erklärt mit Zeugniß sämtlicher Rathsherren und Bürger der Stadt Teltow, daß der Pfarrer an der heil. Geist-Kirche zu Spandow dieser eine jährliche Getreidepacht überlassen habe, am 5. Dezember 1289.

In nomine sancte et individue trinitatis, vniuersis in perpetuum auditoris presentes litteras et visuris Consulium vniuersitas ciuitatis Spandow obsequium et noticiam subscriptorum. Quoniam omnia temporalia temporalem sequuntur motum, necesse est, vt que de sua natura sunt transitoria per scripta ad hominum memoriam reducantur. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod duo frusta siliginis et duo brasii, que Dominus Johannes, olim Rector ecclesie Sancti Spiritus in Spandow, emit a Hechardo Sutore et Ottone dicto Gutergoz, in redditus perpetuos et eternos videlicet in molendino sito Teltow, quod Middelmolne vulgariter nuncupatur, qui Otto et Hechardus dictos redditus coram prefecto et scabinis jam nominato domino rationabiliter resignarunt; jam sepe nominatus sacerdos hos redditus pro testamento contulit nominate ecclesie sancti Spiritus in Spandow post suam mortem. Iusserendos perpetue sub hac forma, scilicet vt Singulis dominicis diebus vigilia et secundis feriis missa pro defunctis in remedium anime sue ac sui patris nomine Michael et matris, cuius fuit nomen Anna, et sui fratris, cui nomen fuit Heynric, cum omnibus sibi benefactoribus ac omnibus defunctis fidelibus in perpetuum peragatur. Etenim nouerint vniuersi, quod isti redditus sunt qui Cavent solent vulgariter nuncupari. De his redditibus prenominate ecclesia sancti Spiritus, uti cives Teltovensēs, talliam suam dabit. Vt autem hec emptio ex parte vna et donatio dicti sacerdotis ex parte altera inconquassa permaneat atque firma, jam sepe nominatus sacerdos sigillis vtriusque ciuitatis, Teltov videlicet et Spandow, procurauit presentem litteram communiri. Testes hujus sunt Arnoldus de Lichterfeld et Wedego dominus Janshagen: Hi duo tunc temporis preferunt officio prefecture; ac communitas scabinorum scilicet Heine de Lintov, Thomas de Lubeke, Henricus de Cepernik, Nicolaus de Witbryzen, Thomas de Dote, Petrus de Glieneke, Claus de Arneftenyne, ac consulum vniuersitas ciuitatis Teltov cum ciuibus vniuersis. Datum Anno Domini M^o. CC^o. LXXXIX^o. in Vigilia beati Nicolai pontificis et confessoris.

Nach dem Originale des Stadtarchives in Spandow aus Fideius Beiträgen IV, 4.

XVIII. Markgraf Otto vereignet mit Zustimmung seiner Söhne Otto und Albert der Stadt Spandow das von Heinrich von Bredow erkaufte Dorf Staken, am 13. September 1295.

Vniuersis praesentes litteras inspecturis, Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio, salutem et noticiam subscriptorum. Ne ea, quae geruntur in tempore per successum temporis extra hominum memoriam dilabantur, Expediit vt fragilis hominum memoria scripturae testimonio perheneretur. Noverint igitur tam posterius quam praesentes, quod nos de Consensu filiorum nostrorum Ottonis et Alberti, proprietatem villae Staken, sitae prope Spandow, dedimus et contulimus vniuersitati Civium in Spandow, ipsis et eorum haeredibus seu successoribus quibuscunque perpe-